

eydoniorum, psyllii.

Huius verò tempestatis elegmatum materiarum, magis sunt penidia, pilularum albarum, bechicæ, electarium, vel pulueris E. diatrage cathifri, diaris simplicis, & Salomonis diacalaminthes, di hyssopi, diaprasi, saccharum cadesactum, succus glycyrrhizæ, catsia, cum syr. adianti, glycyrrhizæ, zizyphorum, vel alio thoracico magis & minus calido, tergente incidente, pro medici indicationibus. Quibus misceri possunt etiam alia simplicia prius dicta dulcia, amara, acris.

Tamen ex veterum elegmatis hodie quidam retinet elegma sanu, ex pulmone vulpis, diacodiõ, diamorõ, diacariõ. De quibus quia est abunde nobis dictum sectione tertia Mesuæ, frustra hic repetenda nõ fuerunt.

Sunt etiam qui compositum hoc medicamentum elegma casisæ pro enematibus vocant, & sic parant. In libra vna decocti violarum, maluarum mercurialis, betæ parietariæ, absynthii coquant mellis lib. dimidiam, & sub finem iniiciunt pulpæ casisæ fistulæ purgatæ libram ynam.

SECTIO QVARTA.

SECTIO quarta de apozomatibus, & Simfufis est: quia tamen horum nullum hodie in usu est, tatius fuerit si quem vrendi cupiditas coeperit, Mesuen consulere.

Y 2

Quæ autem infusa & apozemata in rem præsentem hodie facimus, longè sunt ab illis diuersa, & tam paratu facilia, vt vel pueris perspicua sint. Quapropter de his supersedere malui quàm parum necessaria, etiam intelligentibus inculcare, præsertim cum statuerimus aliquando dare typographis commentarium quendam nostrum de remediis medicis omnibus sumendis & admouendis: inter quem multa congerimus exempla apozematum, & infusorum hac ætate consuitorum, quæ ad medicum magis quàm ad pharmacopœum pertinent.

SECTIO QUINTA.

SECTIO quinta de antidotis seu electariis quorum materia ex omni medicamentorum simplicium genere petuntur. Hæc formis quatuor præcipue parantur, sicca seu puluere, melle excepta, vel saccharo, vel alio humore.

Quoniam verò puluis horum est materia reliquarum trium formarum de puluere prius mihi fusius dicendum, quoniam hic vario fit modo, vt mox audies.

Vt autem planius intelligas, pauca quædam capita ex trituræ ratione mihi sunt leuiter perstringenda, ne in compositionibus singulis hæc sint inculcanda.

Teruntur primùm radices acori, cyperi,
cof